



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolæ per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Medit. I. De morte Sacerdotis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)

MEDITATIO I.  
DE MORTE SACERDOTIS.

Scopus.  
Sollicita ad Mortem Preparatio.

## Punctum I.

Confidera I. Quid sit mors, nimirum separatio animi corpore, terminus merendi, extrema vitæ clausula, à qua pendet æterna vel felicitas, vel miseria; nam ut rectè Augustinus dixit ep. 80. ad Hefychium: *In quo quemque venerit suus novissimus dies, in hoc eum comprehendat mortis novissimus dies: quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo judicabitur.* Hinc breviter & bene nemo dixit: *Qualis mors, talis fors.*

Confidera II. Si tantam diligentiam in negotijs, à quibus aut honoris nostri, aut opum omnium, aut ipsius vitæ temporalis conservatio pendet, perficiendis industria ac conatum adhibemus; quantam sollicitudinem curamque nos adhibere deceat in negotio omnium gravissimo, nempe felici morte, à qua æternæ vitæ & felicitatis acquisitio pendet, procuranda.

Confidera III. Quomodo tu hætenus hoc negotium mori di habueris, aut certè deinceps habere velis. Colloquium

## Punctum II.

Confidera I. Quæ potissimum media conducant ad beatam mortem obtinendam. Varia à varijs comendantur, tria præcipuè. Primum est *Humilis & constantis gratiæ hujus petitio*: cum enim hoc donum sit donorum omnium maximum, vel maximè etiam desursum descendens, ideòque à Deo per orationem propriam, aut Sanctorum, præcipuè B. Virginis intercessionem obtineri debet; quæ in finem communiter suadet ab Ascetis, ut certè in hoc finem quotidie aut etiam quavis horâ preces ad honorem Passionis & mortis Christi, B. Virginis & aliorum Sanctorum persolvantur, secundum medium meritò Bonæ

reparatur: Quia juxta commune adagium *sicut vita, mors*  
*neque mala mors putanda est*, teste S. Augustino l. 1.  
*quæquam bona vita præcessit; neque enim facit malam*  
*mortem, nisi quod sequitur ipsam mortem.* Hinc & S. David  
*115. Pretiosam in conspectu Domini mortem Sanctorum*  
*precis, pretiosam sanè, quia, ut S. Bernard. in epist. quadam*  
*quæritur, finis est laborum, victoria consumatio, vita janua,*  
*& perfecta securitatis ingressus.* Tertium sunt Miseri-

cordia & charitatis opera, de quibus non verè minùs, quàm  
 S. Hieronymus dixit: *Non memini, me legisse, malâ*  
*morte fuisse defunctum, qui libenter opera charitatis exer-*  
*cuit; habet enim multos intercessores, & impossibile est,*  
*malitarum preces non exaudiri.* Sed & ipse Christus aperte  
 pronuntiavit: *Beati misericordes, quoniam misericordiam*  
*consequuntur.* Matt. 6.

Confidera II. Quàm efficacia sint hæc motiva ad prædi-

catum finem obtinendum, quàmque multiplici etiam experi-

entia comprobata, uti passim in libris historicis videre est.

Confidera III. An & quomodo tu hæc ea usurpâris,

aut usurpare certè deinceps velis. Colloquium.

### Punctum III.

Confidera I. Quàm copiosa tibi per statum sacerdotalem  
 occasio offeratur felicem mortem obtinendi, utpote per  
 quem & ad frequentiores Deo Sanctis que preces offerendas,  
 ac Eucharisticum etiã panem (quem qui manducet, vivet  
 in æternum, teste Christo Jo. 6.) quotidie, si placet, sumen-

dam; & ad vitam cum majori sanctitate transigendam: &  
 ad præstantissimum misericordie spiritualis genus inde-

bitenter exercendum, vel ipsa statûs suscepti conditio & ob-

ligatio te impellit.

Confidera ergo II. quàm meritò sperare possis, te, si offi-

cio Sacerdotis probè functus fueris, in morte auditurum illa

Apoc. 14. c. verba: *Beati mortui, qui in Domino moriun-*

*tur: A modo dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis;*

*opera enim illorum sequuntur illos.* Maximè si multos ex-

animos moribundos ad mortem piè obeundam juveris & ani-

mas, tunc enim *quâ mensurâ mensus fueris, eadem quo-*

*que tibi remetietur.*

Confide

Confidera III. Quam proinde gaudere ob statum hunc susceptum, atque ut dignè ambules vocatione tua, omnes conatum diligentiamque adhibere debeas. Colloquium

Vide etiam Masenium fol. 147. aut etiam Weyerer fol. 326.

### Conclusiones.

I. Ergo *Vigila, quia nescis diem, neque horam* Matt. 25. *Beati servi illi, quos, cum Veniret Dominus, invenerunt vigilantes* Luc. 12.

II. Ergo *Memor esto, quoniam mors non tardat, & Testamentum Inferorum, quoniam monstratum est tibi.* Eccl. 12. *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas die in diem; subito enim veniet hora illius, & in tempore dicta disperdet te.* cap. 5.

III. Ergo *Ante obitum operare justitiam.* Non desperis à die bono, & particula boni doni non te praeterat. Eccl. 12. ut dicere possis cum S. Paulo 2. Tim. 4. *Bona tamen certavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona gloria, quam reddet mihi Dominus in illa die.* Index.

Legatur etiam ex Thom. Kemp. l. 1. c. 23.

### MEDITATIO II.

#### Pro tertia Die.

#### Scopus.

#### Salutaris Judicij extremi Timor.

#### Punctum I.

Confidera I. Quid sit extremum Judicium, nempe Ratio Rationis à Christo ab omnibus & coram omnibus ministris reddenda. Tunc enim verificabitur illud Apoc. 19. *Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cælum, & locus non est inventus eis.* Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber scriptus est, qui est vita, & iudicati sunt mortui ex his, quae scripta erant in libro, secundum opera ipsorum.